


05
A
1094



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-619349-p0002-9

DFG

DISPUTATIO FEUDALIS
De
REBUS, QVÆ
IN FEUDUM DARI
VEL NON DARI POS-

S U N T

Quam

Divinâ permittente gratiâ

Ex

Suffragio Magnifici, Nobilissimi, & Amplissimi
J^Ctorum in Illustri Salana Ordinis,

PRÆSIDENTE

Amplissimo & Consultissimo Viro,

Dn. DOMINICO

ARUMÆO, J^Cto CELEBERRIMO,

in inclyta Jenensium Acad. P. P. ibidemq;
Curiæ Provincialis & Scabinatus Assessore dignissi-
mo Præceptore suo honorando.

*In Auditorio J^Ctorum publico disputantium exami-
ni subjicit*

MARCUS AB EICHSTEDT
NOB. POM.

Ad diem Maij horis consuetis

JENÆ

Typis TOBIÆ STEINMANNI.

Anno M. DC. XIX.



05 A 1094



Sūv Θεῶ

THESIS PRIMA.

Infeudum dantur res immobiles vel que inter eas connumerantur (a) commercio non exemptæ. (b)

(a) c. i. §. Sciendum de feud. cognitione Ilbi Dd. communiter Vult.lib.i.cap.5. num. 3. Ludolph.Schrad part. 3. feud. cap.2.num.1. Borch. c. 6. f. num.2. Wesenb.c. 7. Rosenth. c.4. concl.1. (b) Ex naturæ , legis vel hominis dispositione Vult. d. Et. cap.5. numer. 2. & alii ante dd. authores Gothofr. Anton. disput. feud. 3. thesi 1. Hæ ergo res quorum in numero sunt sacræ Borch. dict. cap.6. numer.4. & Publicæ Goth. Anton. dict. loco. quibus legibus alienari possunt , sub iisdem tantum rectè in feudum dari possunt Niell. disput. feud. 3 th. 4. lit. D. Quamvis cum universitate transire possint , & in consequentiam quandam ut est text. in c.ex litteris extr.de jure patron.l. quædam 62.ff. de acquirend.rer.dom.l. immodicis 24 ff. de contrahend. empt.l.si mercedem 53. §. i. de act.empt.plura all.vid.apud Goth. Anton. th. 1.

II.

Res immobiles sunt vel soli, ut Fundus (a) territorium (b) & similia vel solo cohærentes, vel uti Castrum (c) ædificium, (d) Molendinum (e) Stagnum, Piscina, Sylva, (f) statua affixa, quæ si detracto solo ad perpetuum vel longum tempus usum & utilitatem aliquam præbeant, etiam sine solo in feudum concedi possunt, (g)

A 2

(a) Fun-

A (a) Fundo itaque in feudum concessio, & ea quæ in eo
perpetui usus ac utilitatis gratia reperiuntur, concessa intelligi
dēbent, utpote quæ ad ipsius instructionem faciunt, ut sunt
boves, vaccæ, oves, & reliqua animalia tām ad laborandum
quām stercorandum agrum destinata, arg. l. fundi 17. §. Labeo
generaliter scribit ff. de act. empt. Andr. de Isern. c. i. verb. Plau-
strorum n. 88. & ibi Matth. de Afflict. n. 23. quæ sint regal. Schrad.
p. 3. c. i. n. 19. & 20. Vult. c. 5. n. 4. His etiam pertinentiæ adnume-
randæ veniunt, nisi forsitan nominatum exceptæ reperiantur,
l. si quando & ibi Bart. C. de bon. vac. Menoch. 3. præsumpt. 99. n. 7.
Vult. d. loc. Quandocunque autem controversia oritur de præ-
diis vel aliis, an quoque pertinentiæ castri, oppidi vel rei in
feudum concessæ sint nec ne, tunc is qui ea petit tanquam per-
tinentias probare debet, nisi ipse in possessione rerum illarum
controversiarum sit, quia tunc possessio ipsum ab onere pro-
bandi relevat Alex. conf. 55. n. 27. vol. 2. Menoch. conf. 395. n. 17. vol.
4. quos citavit & secutus est Vult. d. loc.

B (b) Territorio in feudum concessio, licet mentio jurisdi-
ctionis in concessione facta non sit, tamen si castro cohæreat
simil concessa intelligitur Rosenth. c. 5. concl. 6. Vult. d. loc.

C (c) c. i. §. item si vasall. si de invest. Feud. contr. Verum an ca-
stro simpliciter in feudum concessio etiam jurisdiction & terri-
torium concessa esse videantur, dubia est quæst. Nos cum Vult.
uti in antea mota quæstione factum distinctionis remedio
utendum esse arbitramur, Castro autem tanquam re particu-
lari in feudum dato jurisdiction non venit Schrad. p. 3. c. 4. n. 21.
Castro verò cum jurisdictione concessio, an merum & mixtum
imperium etiam concessum intelligatur vid. Rosenth. c. 5. concl.
7. Gothofr. Anton. disp. Feud. 3. th. 4. lit. D. à quibus ex parte dis-
sentit Niell. disp. Feud. 3. th. 5. lit. A.

D (d) Ædificio ideoque alicui in feudum concessio, non
solum omnia ædificio affixa similiter in feudum concessa in-
telliguntur per l. Julianus 13. §. fin. cum ll. seqq. de act. empt. Item
& illa quæ non sunt affixa, sed saltem perpetuæ utilitati deser-
viunt, ut sunt claves, seræ, claustra & similia l. cetera 43. §. Sena-
tus consult. & ibi Alex. de legat. i. l. fundi 17. ff. de act. empt. Schrad.
p. 3. c. 4. n. 2.

E (e) scilicet molendina solo cohærentia Schrad. p. 3.
c. 2. n.

c. 2. n. 2. Wef. c. 7. n. 2. Non autem molendina in aquis natantia
Borch. c. 6. n. 11. Nisi dominus ibi certum jus ad hoc molendi-
num natans habeat, ut quod vicini eò necessario ad molendi-
num venire cogantur, (quod molendinum bannale vulgo vo-
cant *eine Zwangsmühlen*) tunc hujusmodi molam cum hoc jure
rectè infeudari posse putat Rosenth. c. 4. concl. 4. n. 2. Neque et-
iam ea quæ à ventis agitantur, Borch. d. c. Nisi fortè ita facta
sint, ut loco suo moveri haud possint Rosenth. d. loc. Vult. c. 5. n.
5. (f) Et concessio stagno seu fluvio etiam pescationes tanquam
fructus stagni, vel concessa sylva venationes unà concessæ in-
telliguntur, dum tamen non custodiæ causâ pisces in fluvio,
feræ in sylvis sint & habeantur Bart. in l. fundi 17 ff. de act. empt.
quem sequuntur Zasius part. 4. tract. feud. n. 2. Chassan. in con-
suetud. Burgund. tit. des droits & appartenances aux gens ma-
riez §. 2. verb. tous meubles Schrad. p. 3. c. 4. num. 7. Rosenth. c. 4.
concl. 3. Vult. c. 5. n. 4. Et denique consuetudines principum in
venationibus majorum ferarum aliud non obtineant Schrad.
d. loc. n. 47. (g) Schrad. p. 3. c. 2. n. 58.

F

III.

Inter res immobiles connumerantur penso-
nes de Camera & cavena, (a) Annui redditus (b)
servitutes, (c) iura venandi piscandi aucupandi
pascendi, argenti ligni lapidis &c. fodiendi cæ-
dendi, (d) actiones ad res immobiles competen-
tes. (e)

G

(a) verific. sciendum ubi Dd. de feud. cognit. Borch. c. 6. n. 13. A
Schrad. p. 3. c. 3. n. 2. Rosenth. c. 4. concl. 6. (b) Quia immobilium B
loco ex approbata juris doctrina censentur, si ex re immobili
debentur, quare rectè in feudum dantur, verba sunt Rosenth. d.
cap. 4. concl. 5. l. jubemus C. de SS. Eccl. Novel. 7. de non alien. reb.
Eccl. §. hoc igitur verific. alienationis Clem. exivi §. cum omni de V.
S. Gail. 2. obs. 10. Schrad. p. 3. c. 3. n. 2. Ita tamen ut non ex re turpi
ac illico quæstu percipientur, Schrad. p. 3. c. 3. n. 6. Rosenth. c. 5.
concl. 5. Vult. c. 5. n. 9. Certi enim juris est, neque mandatum, ne-
que emptionem, societatem, pactum, aut ullum aliud con-

A

B

A 3

tractum

tractum super re illicita vel in honesta subsistere l.6. §. reiturpis
ff. mandat l.35. §. veneni maliff. de contrab. empt. & aliæ com-
plures.

C (c) Quia immobilibus adhærent, tām rusticæ quām ur-
banæ. l.1. ff. commun. præd. §. ideo Instit. de servit. Rustic. præd Gail.
2. obf. 11. Schrad. p. 3. c 2. n. 55. Rosenth. c. 4. concl. 2. Vult. c. 5. n. 4.

D (d) Rosenth. d. loc. (e) quod communi calculo tradunt Dd.
Schrad. p. 3. c. 3. n. 10. Zaf. p. 4. n. 11. Borch. c. 6. n. 16. Vult. cap. 5. num.
8. Rosenth. c. 4. con. 6. contra quas disputat Niell. disp. f. 3. tb. 2. in
fin.

IV.

Item jurisdictio (a) ac regalia (b) majora
(c) qualia sunt dignitates regales conferre sive
Duces, Comites, Barones creare & Ducatus Mar-
chionatus, Comitatus, Baronias erigere, (d) spu-
rios legitimare per rescriptum, (e) famæ restitu-
re, (f) veniam etatis concedere, Legem condere
(g) Comites Palatinos (h) tabelliones, Magi-
stros, Doctores creare, nobilitare, (i) Academias
erigere & concessis privilegiis munire (k) plura-
que alia. (l)

A (a) An verò concessa jurisdictione sine castro, oppido
vel territorio etiam merum & mixtum imperium veniat?
quam quæstionem ex magis communi Dd. sententia affirmat
Rosenth. c. 5. concl. 8. quæ tamen vereor ut ex juris Justinianei
fundamentis sustineri possit.

B (b) Dicta à rege, vel quod solo regi competant, quem Feu-
distæ Imperatorem interpretantur i. f. 26. ibi si verò ad regem
non venerit. i. f. 34 ibi coram rege finiatur 2. f. 54. ibi Regem
aut sub rege Rosenth. c. 5. concl. 1. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1.
c. 2. n. 2. Frid. Pruckm. de Regal. c. 1. n. 1. Vult. c. 5. n. 6. In reliquo ju-
re non minus Imperatorum quām Regum mentio fit, l. fin. C.
de ll. Sensus imperialis vocatur regalis à Justin. Culmen impe-
rialē culmen regale l. fin. §. 2. C. de assēss. à Pontifice Innocentio

III. Sce-

III. Sceptrum Cæsarum sceptrum regale, c. inter dilectos verf. 3. de fid. instrum. Ac in recessibus Imperii Fridericus Imperator & Maximil. I. se aliquoties reges Rom. & Cæsaream suam majestatem regiam majestatem appellant, *Boc de Regal.* c. i. n. 20. vel quia ab eo tanquam ex fonte omnium dignitatum, jurisdictionis ac præminentiae mediatè & immediatè fluunt, hancque rationem etymologiæ ferè omnes reddere testatur, *Rosenth.* c. 5. con. 1. lit. C. vel etiam ut quidam arbitrentur, quod is qui regio titulo ab Imperatore insignitur, jura hæc tanquam regis titulo connexa hoc ipso habeat, quod rejicimus cum *Boc.* c. 4. n. 11. Sunt autem Regalia (quæ diversis aliâs nominibus indigitantur, à Cic. Jura majestatis ex sententia *Arnif.* lib. 2. de jur. Majest. c. 1. n. 2. quem secutus est *Besold.* claf. 1. disp. 3. polit. à Livio jura imperii lib. 2. à Germanis appellantur/ *Reyserliche Hoheiten vnd Reservaten in Comit. Ratisbon.* 1576. §. Da durch denn. cum ad excellentiam Imperatoris spectare dicantur, in §. *volumus de pac. constant. Arnold. Clapm. de arcan. reipub. lib. 1. c. 10. Arnif. d. loc.*) Jura soli Imperatori cuive imperator ea expressè vel tacitè habenda dedit in signum præminentiae ad imperii dignitatem & utilitatem ejus conservandam competentia, *Vult.* c. 5. n. 7. *Borch.* c. 11. n. 2. *Rosenth.* c. 5. con. 1. *Paurm. de juris d. lib. 1. c. 4. n. 20. Boc. c. 1. n. 1.* Habent quidem etiam aliarum gentium Principes superiorem non recognoscentes sua regalia, Romanorum imperio hodie imminuto veluti Hispan. Gall. Polon. reges aliique similes Romano Imperio non subjecti. Item populi liberi aliisque in rerum pub. formis ii, apud quos summa est potestas, ejusmodi eminentias habent; Hinc regalia rectius voce generaliori summi imperii seu majestatis jura vocari existimat *Besold. coll. pol. class. 1. disp. 3. th. 2.* Verum constitutio Feudor. de regal. merè civilis est, & ad jus publicum Rom. tantum pertinet, ideoque frustra in jure nostro de rege omnium fidelium vel infidelium potestate & imperio disputatur *Paurm. de juris d. Imper. Rom. lib. 1. c. 4. n. 3. (c) Regalia* C vulgo in majora & minora *Ferrar. Mont. 5. f. 7. Borch. c. 1. num. 3. Sixtin. de Regal 2. n. 1. Rosenth. c. 5. concl. 2. Vult. 1. f. 5. n. 7.* vel secundum Bocerum de Regal. c. 2. n. 3. & 4. in Majestatis & Eisci regalia dividuntur. Majora seu majestatis dicuntur, in quibus potissi-

potissimum supra potestas, dignitas ac præminentia Principis relucet Arnis. de Jur. majest. lib. 2. c. 1. n. 8. Appellantur autem hæc à quibusdam Dd. Potentiora Mozz. tit. de nat. feud. orig. n. 25. Merè regalia Zaf. cons. 16. n. 46. lib. 2. Personæ principis adhærentia Pruckm. ad rubr. que sint regal. c 5. n. 98. Ossibus Principis cohærentia Wes. consil. 61. n. 31. Ipsi coronæ adnexâ. Molin. ad consuet. Parisiensis tit. 1. §. 1. in verb. le fief. n. 54. Item Personalissima Molin. d. loc. 53. Reservata ual. 150. Schneid. de feud. part. 2. n. 108. vid. supralit. B. Sacra sacrorum post Baldum. Eberhard. in top. in loco à plenitudine potestatis n. 9. Regalia autem quot sint, vix definiri poterit, cum varia à variis adducantur à Chassan. de gloria mundi p. 5. consil. 24. ducenta & octo, & ab alio teste Sixtin. de regal. in proœm. n. 20. quadringenta & tredecim in specie. Imò usu & consuetudine induci potest, ut jura, quæ olim regalia non fuerunt, pro regalibus hodie habeantur Rosenth. c. 5. concl. ult. n. 1. ideoque præcipua saltem pro instituti ratione enumerare placet. (d) c. 1. quis dicatur Dux March. com. Borch. c. 1. de regal. Vult. c. 5. n. 7. Ros. c. 5. concl. 1. Idque fit vel mediata; sicuti in Germania & alibi videre licet, quod multi Comites ac Barones inveniantur, qui Comitatum ac Baronatum ab Electoribus aliisque Principibus recognoscunt., salva tamen illius axiomatis veritate: dignitates ejusmodi tribuere solius Imperatoris esse, quia in hoc casu ejusmodi dignitas non proprie ab ipsis, sed à superiore illorum promanat Claud. Seisel in Specul. feud. rub. qui feud dar possunt. Borch. d. c. n. 4. Rosent. d. loc. vel immediate. (e) Nov. 74. c. 2. Nov. 89. c. 9. Gail. 2. obs. 142. Rosent. c. 5. con. 2. ubi plur. alleg. Sixtin. de regal. Borch. c. 11. n. 4. Vult. d. c. 5. n. 7. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. n. 2. n. 122. (f) l. 1. in fin. de quest. l. 1. Et ibi Dd. C. de sent. pass. l. 1. ff. de nat. restit. Arnis. de Jur. majest. lib. 2. c. 3. num. 15. Wes. in parat. ff. de sent. pass. Niell. disp. ult. th. 2. lit. D. Boc. de regal. c. 2. n. 113. Besold. coll. pol. class. 1. disp. 3. th. 15. Cluten. in Syllog. rer. quon. th. 20. lit. D. Harpr. ad §. in summa autē Instit. de injur. n. 140 Heig. p. 2. q. 2. n. 21. Exemplum habetur in Recess. imperii Spiren. de Anno 1526. §. Und wiewol. Ubi Imperator hoc jus famæ restituendi cuilibet magistratui in seditione rusticorum specialiter indulxit. Licet autem Imperator juris infamiam cum suis effectibus per integrum

integrum restitutionem tollere possit, Facti tamen infamiam,
quæ in animis hominum residet, nullo modo removere poter-
rit, cum infamia ejusmodi admissi comes & umbra sit, quale
factum infectum fieri nequit, *Harpr. all. loc. n. 142.* Ibiq; ex *Farrinac. lib. 1. prax. crim. tit. 1. q. 6. n. 45.* adducit, quod facti infamia
non nisi à Deo aboleri queat. (g) *I. fin. C. de ll. §. sed quod princ.*
J. de Jur. N. G & C. l. ff. de Constit. princ. & ibi interpretes Pere-
grin. de jur. fisci l. num. 10. Potestatem leges universales sanciendi
primum ac præcipuum majestatis attributum vocant, *Besold.*
claf. 1. disp. 3. th. 5. Bodin. de rep. lib. 1. c. 10. Hancque potestatem
olim solum Imperatorem habuisse patet *ex Constit. prefixa*,
Justin. l. tanta 2. C. de vet. jur. enucl. d. l. fin. C. de ll. Hodie verò
centro ac spacio aliquo modo circumscriptam esse inquit
Clut. in Syl. rer. quotid. concl. 21. lit. B. Nam in universo Romano
Imperio legem universalem condit Imperator cum assensu &
Consilio Statuum Imperii, exinde etiam leges in Comitiis
Imperialibus sancitæ appellantur Recessus Imperii sive Co-
mitiorum Des Reich Abscheide *Matth. Steph. de juris d. lib. 2. p. 1.*
c. 1. Et hoc jus Imperator in alium transferre non potest, *Lan-*
cellot. in templ. omn. judic. lib. 1. c. 1. §. 4. verb. generalem legem cond.
eo quod non solum universus populus Rom. hoc jus condendi
leges universales soli Principi tribuit, *l. 1. ff. de Constit. princ.* Sed
etiam quod hodiè Statuum Imperii authoritas ad condendas
leges universales desideretur, *Boc. de regal. c. 4. n. 2.* Sicut autem
Imperator universalem legem condit, ita specialem & loca-
lem cæteri Principes inferiores & Status Imperii in suis terri-
toriis & provinciis vigore superioritatis, *Krafft Landts Fürst-*
licher hoher Obrigkeit / quæ ipsis ratione territoriorū competit,
promulgant. Idem quoque jus habent liberæ Civitates Impe-
riales, *Die Freye Reichestadte/ Gail. de P. P. lib. 1. c. 6. n. 11.* (h) Hi
Comites Palatini differunt ab iis, qui sunt Principes Imperii.
Unde etiā abusivè & impropriè Comites Palatini respectu illorū
appellantur, & comitatu, qui regalis dignitas est, carent, *Jason.*
in l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. est juris d. n. 12. Matth. Steph. de ju-
ris d. lib. p. 1. c. 6. num. 03. Ferrar. Mont. c. 7. lib. 5. Rosenth. all. loc.
(i) *Dd. in l. 1 ff. de Nat. restit. Bart. & alii in l. 1. C. de dignit. Novis-*
sime Pruckm. in tractat. soluta potestas memb. 1. effect. 4. (k) Nec
cuilibet

G

H

I
K

B

L cuilibet hujusmodi Scholas, quæ Universitates & Academiæ vulgo vocantur, permisum est propria authoritate erigere, quia harum fundatio & privilegiorum concessio à solo Imperatore dependet, & sic ad majora regalia spectat, Matth. Steph. de Jurisdict. lib. 2. c. 1. n. 2. & 62. Vult. d. c. 5. num. 7. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. num. 26. Rosenth. d. loc. (l) quæ recenset Sixtin. 1. de regal. 2. n. 8.

V.

Atque minor a regalia (a) quorum exempla ab Imperatore Friderico in c. un. quæ sint regal. referri putantur, (b) Nempe armandiæ, (c) viæ publicæ, (d) flumina navigabilia & ex quibus fiunt navigabilitæ, (e) portus, (f) ripatica, (g) vettigalia, quæ vulgo dicuntur Telonia (h) monetæ, (i) multarum pœnarumq; compendia, (k) bona vacantia, (l) & quæ ut ab indignis legibus afferuntur, nisi quæ specialiter quibusdam conceduntur, (m) & bona contrabentum incestas nuptias (n) condemnatorum & proscriptorum secundum quod in novis constitutionibus caveatur. (o)

A (a) Quæ sunt jura ad fiscum spectantia Borch. c. un. nu. 5. Peregr. de Jure fisc. tit. 1. n. 9 & 28. vel sunt jura quæ ad conservandum & augendum fiscum Imperatoris pertinent, Boc. de Regal. c. 3. n. 6. Hun. disp. feud. s. th. 45. quæ ob id Cujac. jura fisci appellat, quoniam fiscum propriè nemo habet nisi Imperator, jure suo nimirum proprio, alii non nisi ex concessione Imperatoris, eaque vel tacita, quæ inducitur præscriptione, vel expressa, quæ inducitur conventione, Atque hæc minora regalia Imperator facilius concedere solet, quam majora Vult. 1. f. c. 5. num. 7. (b) Recensentur enim quædam in isto c. quæ potius majoribus quam minoribus regalibus accensenda videntur, prout

prout est jus cudendæ monetæ, *Afflīct. c. i. §. monetæ num. i.* & 2.
quæ sint regal. & ibid. *Zaf. Montan. Sonsbec. Claud. Seysell. rubr.*
de his qui feud. dar. poss. Boff. de monet. in princ. Rosenth. d. c. s. con.
3. Vult. d. c. s. n. 7. Idem dicendum de jure ac potestate consti-
tuendorum magistratuum ad justitiam expediendam, *l. i. de*
constit. prin Cujac. lib. 5. feud. Alciat. de jur. fisc. Peregr. de jur. fisc.
lib. i. tit. i. n. 10. quorum authoritat. adducit & sequitur Rosenth. d.
loc. Vult. d. l. uti etiam de extraordinaria collatione ad felicissi-
*mam regalis nominis expeditionem affirmandum, Feudist & fe-
rè omnes in d. c. i. Borch. Vult. Rosenth. c. s. con. 73. ubi plur. alleg.*
(c) Varii variè hoc vocabulum barbarum explicant, Alii vecti-
gal interpretantur quod ex armentis solvatur, *Alvarot. Bald.*
Afflīct. Præpos. in d. c. i. Quidam certum vectigal quod ex licen-
tia armorum fabricandorum pendarur, significari volunt,
prout anteriores scribere inquit Rosenth. c. s. con. 19. alii jus con-
stituendi faciendi que admirarium sive admirantem, qui rebus
maritimis præsit *Bald.* & *Afflīct. in d. c. un.* Alii denique fabri-
cas & jus armorum publicorum armentariorum intelligi
scribunt, quæ Principem Rom. semper sibi soli vindicasse ap-
paret, *ex Novell. 85. l. i. C. vt armorum usus Borch. d. c. num. 21.* &
hanc interpretationem omnium esse verissimam testantur,
Menoch. conf. 298. n 17. vol. 3. Peregr. de Jur. Fisc. Vult. d. c. s. num. 7.
Rosenth. d loc. Huc pertinet jus belli indicendi & colligendi ex-
ercitum, quod cum Niell. disþ. *Feud. II. th. 4. lit. E.* majoribus re-
galibus annumeramus. (d) Quæ etiam viæ regiæ vel prætoriæ,
consulares item militares dicuntur, *l. 2. §. viarum & l. fin. ff. de*
itiner. publ. Germanicè Offene Strassen/ vel gemeine Landstrasse
sen/ Item, Keyslerliche Freye Heer oder Reichsstrassen / Vult. d. l.
num. 7. & hasce inter regalia computari Dd. omnes in d. c. un. af-
serere scripsit Rosenth. c. s. concl. 20. partim ob id quod protectio-
ne ac jurisdictione seu supremo quodam dominio ad Impera-
torem aut Regem pertineant, partim quod circa illas disponit
& singulari quadam religione easdem sartas tectas, ac securas
servari facit, per l. ad instructionem C. de SS. Eccl. Hott. hoc loc. In-
cumbit enim Imperatori aliisque superiorem non recogno-
scientibus, nec non Principibus, Comitibus & Civitatibus, qui
viam publicam vel concessionem vel præscriptione habent, ut

B 2 ea cu-

ea carent quæ ad securitatem hujusmodi viæ spectant, quo sci-
licet à malis hominibus purgetur , & ne à latronibus infeste-
tur, l.3.l.congruit ff. de offic. Præf.l.1. §.quies ff. de offic. præfect. urb.
Ideoque & Imperatores veteres hanc curam sibi, certos scili-
cet viis publicis curatores attribuendo reservarunt, Sixtin.de
Regal.c 2. n. 13. Cujusmodi curatorem Generum suum Agrip-
pam Augustus esse voluit, teste Sueton.in ejus vita Tholosan.Syn-
tag.jur.lib.3.c.13.num.5. Et rectè, spectat enim viarum commo-
dum ad Principem, quod in vectigalibus & teloniis præstandis
consistit, quare & tutas eas conservare debet, ut laudabiliter
Philippus Hassia Landgravius dicere solitus est, Man soll einen
Füsten kennen bey reiner Strasse/guter Münze / vnd haltung ge-
schehener Zusage/Waremundi ab Erenb.c.5.n.37.Sixtin.de Regal.
d.c.2.n.24.Clarissimus Dn. Praeceptor Arum. Discur. ad aur. Bull.
1.c.1.th.ii.Ut autem viarum securitas certior sit, introductum
est jus euntes, redeuntesque per vias publicas conducendi,vul-
gò Die Gleidliche Oberkeit / auff freyer Reyserlicher Heer vnnid
Reichsstrassen zu gleiten/ Matth. Steph.de Jurisd.lib. 2.part. 1.c.7.
num.397.Bruning. de var.univers.specieb.concl.22.Quod jus par-
tim jurisdictionis seu territorii esse docet, Wesenb.consil.33.n.
19.ubi allegat Alex. & Scharff. Et qui jure hoc uti volunt,dum
per alienas provincias commeant,nomina sua edere solent,
ac eo nomine certum censum persolvere , unde Princeps vi-
cissim obstringitur si latronum incursu mercatores vel merces
invadantur,& spolientur in territorio , ut damnum omne re-
farciat,& nummos vel merces restituat , Matth. Steph.d.loc.n.
404. Qua de re constitutio promulgata est in Comitiis Au-
gustan. Anno 1551. ab Imperatore Ferdinando §. Damit an die
Oberkeit rc vid. Arnis.de jur. Majest.Rosenth.c.5.concl.22. Bocer.
de Regal.c.2.n.157.Niell.disp.feud.10.th.4. Et sic in Camera judi-
catum refert,Gail.2. obser. 64. num. 1. Hoc tamen ita demum
obtinet, si viâ regiâ deprædatus usus fuerit,nec ab ea deflexerit,
Nam si per insolitas vias vagatus fuerit,ac ibi damnum passus
sibi quod imputet,habet,Gail.d.obs.n.11.Coler.de Process.execut.
part.1.c.2.n.197.& Dd.supr.allegat. Quod adeò verum, ut et-
iamsi Elector aut ejus nuncii ad Comitia Imperatoria profi-
cientes insolitam viam , cuius conductum petere neglexe-
rint,

rint, ingrediantur ac spolientur, dominus territorii ad damni
emendationem non teneatur, *Aur. Bull. tit. 1. vers.* Wir wollen
ibi auch den Weg den er reisen will verhindige vnd anzeigen. *Cla-*
riss. Dn. Praes Arum. dict. loc. th. 22. Usus autem viæ regiæ per-
inde & navigationis juris Gentium esse videtur, §. flum. & §.
ripar. *Instit. de rer. divis.* Ideoque Princeps vel alter ejus conces-
sione habens regalia transeuntibus viâ publicâ interdicere
non possunt, nisi justa ex causa puta si vectigal legitime insti-
tutum transeuntes solvere recusaverint, vel si hostes, vel alia
aliqua justa prohibendi causa existat. *Mattb. de Afflict. c. 1. vers.*
viæ n. i. ubi & hac usus est ratione, Quod Princeps debet per-
mittere in suo quod aliis prodest, & sibi non obest. *I. in credito-*
re. 38. ff. de evict. cum simil. item tale præceptum esse contra cha-
ritatem proximi, imò contra ipsas leges, quæ commeatum &
commercia juris gentium esse tradunt. Peregr. de Jur. Fisc. Ro-
senth. c. 5. con. 21. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. part. 1. c. 7. num. 410.
Et sic contra eos qui hujus usum sine justa causa impediunt
Camera Imper. mandata sine clausula, ut in facto omni jure
prohibitivo, decernere solet, ut in causa Civitatis Aquisgra-
nensis contra Ducem Juliensem 27. Octob. Anno 1586. decre-
tum, plura præjudicia adducit Rosenth. d. loc. n. 3 (e) d. c. 1. de Re-
gal. & ibi Dd. quo respectu autem flumina navigabilia regali-
bus annumerentur, variant interpretes, Nos cum Radevico,
quem refert & sequitur Cujac. ad c. 1. de regal. putamus, id pro-
pter hanc causam fieri, quod nimis omnis utilitas ex de-
cursu fluminum proveniens ad Imperatorem pertineat, quod
Cujac. interpretatur de vectigali, quod à transeuntibus nautis
solvitur. Huic regali affine esse videtur compendium nau-
fragiorum, quod sibi vendicant regalia habentes in Sicilia,
Anglia & Gallia, quibus nempe persuasum, cum flumina per-
tineant ad regalia, bona etiam eorum qui naufragium passi
sunt, cadere in commissum & ad dominum loci cuius est flu-
men pertinere, *Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 3. n. 91. Besold. class. 1. disp. 3.*
th. 41. Quod compendium quoque olim in Germania non mo-
dò in mari & Oceano, sed etiam in Rheno & alibi usitatum
fuit, *Spang. in chron. Querf. Kirchner. de repub. disp. 17. corol. 7.*
Ast Imperator Frider. II. hanc irrationalitem consuetudinem

E

B 3

sustulit,

sustulit, per auth. *Navigia C. de furt.* quē secutus Carolus V. in ordinat. crim. art. 218. Desigleichen an vielen Orten der Missbrauch ist/rc atque adeò odiosa & omni jure prohibita sunt hæc compendia, ut contra eos, qui ita naufragium passos spoliant, mandata sine clausula in Camer. Imper. decernantur, ut in causa Civitatis Hamburgensis contra Duces Holsatiae factum esse

F testatur, *Gail. I. obser. 18. n. 6.* (f) Portus regalibus adponuntur scilicet ratione vectigalis, quod ex navium statione fisco imperatorio solvit, per l. inter publica 17. §. publica, ibi ex quibus vectigal fiscus capit, quale est vectigal portus ff. de V.S. Boc. c. 3. n. 131. de Regal. Cujac. Hottom. ad dict. c. 1. (g) Ripatica plerique dicunt esse vectigal, quod navigantes per publica flumina ob id solvunt, quod ripam nunc appellant & ad eam morantur consistuntque aliquamdiu, qua de causa Frider. Imper. portus & ripatica conjungit, ut sicut per portus istud vectigal intelligitur, quod navigantes præstant ex eo, quod in portum divertunt ibique tutò commorantur, l. 17 §. publica de V.S. Ita & per ripatica istud intelligitur, quod nautæ solvunt ob jam dictam causam, *Boc. de Regal. c. 3. n. 1. 6.* (h) Hæc inter regalia numerantur, quia eorum jus est penes solum Imperatorem, aliosve qui superiorem non recognoscunt, & ab iis causam habentes, alias igitur nemo poterit nova vectigalia instituere, instituta augere, diminuere, multò minus in totum eorum immunitatem concedere, l. *vectigalia. 10 ff de publican. tot. tit. C. de vect. nov. non instit. Myns. cent. 5. obs. 19. Schrad. part. 3 c. 4. n. 38. & seqq. Rosentb. c. 5. concl. 33. usque ad concl. 50. Rutger. Ruland. decis. II. Boc. c. 2. n. 183. & c. 3. n. 213. Vult. dict. c. 5. n. 7. Treutl. part. 2. diss. 18. th. 8. 9.* Hodiè ad instituenda nova vectigalia præter Imperatoris autoritatem desideratur etiam Principum Electorum consensus, *Reichs Abschiedt. de Anno 1576. §. Weiters seynd wir auch & duobus seqq. Id ex capitulatione & pactis similibus probat, Paurm. de jurisd. lib. I. c. 4. num. 26.* Hic elegans quæstio moveri potest, An si quis in feudum teneat Telonium, possit illud pro libitu de loco uno eoque consueto in aliud transferre? Negativè concludimus, per text. l. si cui. 3. vers. verum. ff. de servitut. Et rationem, quod translatio illa vectigalis, quæ fit in præjudicium mercatorum, aliorumque transeuntium difficiliora reddit

G 131. de Regal. Cujac. Hottom. ad dict. c. 1. (g) Ripatica plerique dicunt esse vectigal, quod navigantes per publica flumina ob id solvunt, quod ripam nunc appellant & ad eam morantur consistuntque aliquamdiu, qua de causa Frider. Imper. portus & ripatica conjungit, ut sicut per portus istud vectigal intelligitur, quod navigantes præstant ex eo, quod in portum divertunt ibique tutò commorantur, l. 17 §. publica de V.S. Ita & per ripatica istud intelligitur, quod nautæ solvunt ob jam dictam causam, *Boc. de Regal. c. 3. n. 1. 6.* (h) Hæc inter regalia numerantur, quia eorum jus est penes solum Imperatorem, aliosve qui superiorem non recognoscunt, & ab iis causam habentes, alias igitur nemo poterit nova vectigalia instituere, instituta augere, diminuere, multò minus in totum eorum immunitatem concedere, l. *vectigalia. 10 ff de publican. tot. tit. C. de vect. nov. non instit. Myns. cent. 5. obs. 19. Schrad. part. 3 c. 4. n. 38. & seqq. Rosentb. c. 5. concl. 33. usque ad concl. 50. Rutger. Ruland. decis. II. Boc. c. 2. n. 183. & c. 3. n. 213. Vult. dict. c. 5. n. 7. Treutl. part. 2. diss. 18. th. 8. 9.* Hodiè ad instituenda nova vectigalia præter Imperatoris autoritatem desideratur etiam Principum Electorum consensus, *Reichs Abschiedt. de Anno 1576. §. Weiters seynd wir auch & duobus seqq. Id ex capitulatione & pactis similibus probat, Paurm. de jurisd. lib. I. c. 4. num. 26.* Hic elegans quæstio moveri potest, An si quis in feudum teneat Telonium, possit illud pro libitu de loco uno eoque consueto in aliud transferre? Negativè concludimus, per text. l. si cui. 3. vers. verum. ff. de servitut.

H Et rationem, quod translatio illa vectigalis, quæ fit in præjudicium mercatorum, aliorumque transeuntium difficiliora reddit

reddit commercia, cariores etiam ipsas merces facit & perniciosos in populo tumultus parit, Denn es verursachet ic. alleg. Reichsabscheldt Anno 1576. quam sententiam etiam confirmat præjudicium Cameræ Imperialis, quæ in causa Civit. Colon. contra Archiepisc. Colon. petitum sine clausula mandatum. Anno 1586. 9. Decemb. decrevit. Petr. Frid. lib. 2. de mandat. c. 42. num. 4. § 5. Boc. de Regal. c. 2. n. 195. (i) Jus cudendi monetam, meritò regalibus majoribus adnumeratur, quod summi Principis proprium sit, l. 2. C. de fals. monet Bodin. de repub. lib. 1. c. 10. Zaf. de Feud. p. 5. n. 14. Spectat autem jus monetæ ad Imperatorem non solùm quoad potestatem confandi nummos, sed & quoad jus conferendi potestatem etiam aliis, item quoad curam monetæ, ne quisquam alias, quam cui ea potestas concessa est, nummos conflet, aut vitiosam cudat monetam, vel probos nummos corrumpat, Recess. Imper. Noriberg. Anno 1524. §. Dergleichen hat der Münz. Recess. Imperii August. 1551. §. So haben wir auch. Recess. 1559. Von newer Münzordnung/Item 1570. §. Und die weil man mit grossem Schaden erfahren/ic. Atque ex eo quod jus monetæ spectat ad majestatem, haud inepte notationem monetæ deducit Bocerus, c. 2. n. 224. de regal. § c. 1. de jur. monet. n. 5. quod Principis effigies sive vultus monetæ impressus, moneat subditos ei se Principi subiectos esse, cujus imaginem moneta habeat, arg. Matth. 22. Marc. 11. § Luc. 20. Idem sentit Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. m. 2. n. 169. Potest & Imperator aliis quoque jus cudendi monetam concedere, sicut patet ex Aur. Bull. tir. 10. ubi jus cudendi monetam auream & argenteam, non solùm regi Bohemiae confirmatur, sed etiam Electoribus cæteris de novo indulgetur, quod jus & ad inferiores Status translatum est, Recess. Imper. Anno 1551. §. Und sollen derowegen / per novissimam tamen capitulationem Imperator promisit, se sine consensu Electorum imposterum nemini cujuscunque sit ordinis ac conditionis jus monetandi concessurum, Tob. Paurm. de jurisd. Imper. Rom. lib. 1. c. 4. n. 26. Si quis vero absque privilegio legitimè acquisito monetam formaverit, in crimen majestatis incurrit, l. 2. C. de fals. monet. cujus poena ignis est, dict. l. § Constit. Crim. Carol. V. art. III. Ibi Die sollen nach Gewonheit / auch

Sagung

Sagung der Rechte mit dem Fesser vom Leben zum Tode gestraf-
set werden/qua pœna etiam ii afficiendi sunt, qui non Impera-
toris , sed alterius Principis aut Civitatis monetam falsam
formant, generaliter enim text.alleg loquuntur , cum & alte-
rius Principis aut civitatis moneta, sit moneta imperii & non
à Principe vel civitate, quæ monetam illam cudit, sed ab
Imperatore qui potestatem concessit , authoritatem habeat,
Recess Imper Anno 1551. §. So haben wir. & Anno 1570. §. als dann
auch / Sed an eadem pœna locum habeat, si quis veri ac justi
ponderis & valoris propria authoritate monetam formare
ausus fuerit ? celebris est quæstio, distinguit Bocer. c.5. num. 4.
de jur.mon.inter eum qui alieujus Status monetalis formam
impressit suæ justi ponderis , & speciei monetæ , & eum qui
propriam hujusmodi suæ monetæ formam impressit, illum
igne comburendum judicat, per text.in d.ordin.crim. Erstlich/
wenn einer betrießlicher Weise eines andern Zeichen darauf
schlegt/junct.vers. Nemlich/ibi welche falsche Münze machen/Zei-
chen/et Hunc verò arbitraria pœna & quidem corporis pœna
vel bonorum amissione coercendum, arbitratur per text. Wel-
cher aber/ibi oder auch ohne habende Freiheit münzie / der soll ge-
fenglich eingeleget/vnd nach Recht am Leibe oder Gut nach gestal-
ten Sachen gestraffet werden (k)d.c.1.ubi Dd. quibus adde Hot-
tom.Cujac.Borch.nu.64. & 65.Vult.Rosenth.c 5.concl. 5 o. Matth.
Steph.de jurisd.lib.2 p.1.c.7.m.1.n.229 Boc de Regal.c. 3. num. 8.
& seqq.Besold.disp.3 class.1.th.38. Et habet se mulcta ad pœnam
sicut species ad genus,l.aliud est fraus.131. §.inter ff.de V. S. plu-
res differentias vid apud author.all. (l) Bona vacantia, Erblose
Güter/non solùm Frider.in d.c.1.inter regalia refert, sed jam
antea hæc Fisco Imper.deberi constitutum est, uti appareat ex
l.i.l.3.l.vacantia. & l.fin. C.de bon. vacant. l.fin. C.de petit.bon.
sublat.lib.10.l.96. §.1.ff.de legat. i. adeò ut & à civitatibus regali
jure destitutis , quæ illa obtentu alicujus privilegii obtinue-
rint, revocari jubeantur, text.in l.1. & 4.C.de bon. vac. Rosenth.
c.5.con.52. ubi sub lit. B.plur. alleg. Huc spectat vox incorpora-
tionis,cujus mentio fit in d.l.3.C.de bon. vac. Incorporare enim
bona nihil aliud est, quam ea in fiscum referre ac redigere,
Sixtin.de Regal.lib.2.c.9.n.37.Borch.d. c.n.68.Sunt autem bona
vacantia illius defuncti, qui nullum ex qualibet sanguinis li-
nea

nea, vel juris titulo legitimum reliquit intestatus heredem,
vel bonorum possessorem, l. 4. C. de bon. vac. Sed antequam bona
vacantia sint prius discussione, & inquisitione opus est, ita
quidem, ut proclamatio de hac re fiat, & proclamata publicè
affigantur, eaque ratione publicè denucietur, ut si qui defun-
cti hereditatem sibi deberi putent se sistant quā discussione
ac Inquisitione præmissā, si nemo compareat, bona vacantia
esse censebuntur, l. si eo tempore, C. de remiss. pign. l. ult. C. de bon.
vac. vel si contradictor existat & compareat, nec tamen con-
tradicendi legitimam causam habeat bonā causā cognitā per
sententiam declarantur, vacantia & fisco adjudicantur, Matt.
Steph. de jurisd. lib. 2 p. 1. c. 7. m. 1. n. 193. & 194. Sixtin. de Regal. lib.
2. c. 9. num. 30. idque in Gallia hodie observari & constitutio-
nibus regis consentaneum esse, ut ne quidem proprio motu
à rege facta concessio bonorum vacantium valeat, si nec dum
ea bona vacantia sint declarata & regi adjudicata, testis est
Rebuff. in lib. Sylva cædua. §. stipula vers. unde bona vacant. ff. de
V. S. quem allegavit Sixtin. d. l. n. 38. (m) c. 1. ubi omnes. l. 1. l. edicto.
13. cum l. seq. l. cum mortem uxori. l. fiscus 38. l. ita fidei heredis. 40.
cum seqq. l. Statius Florus l. auffertur ei quasi indigno. ff. de jur.
fisc. tot. tit. ff. & C. de his quibus ut indign. Quicquid enim in-
dignis auffertur fiscus ad se trahit, l. Papinian. §. meministi. ff. de
inoffic. test. Borch. num. 73. Vult. d. c. n. 7. Rosenth. c. 5. concl. 55. Boc.
c. 3. num. 38. & seqq. ubi de his plura. (n) d. c. 1. ibid. uno ore omnes
l. si quis incest. l. qui contra. auth. incestos. C. de incest. nupt. Novell.
12. c. 1. & 2. & licet Friderici constitutio d. c. 1. generaliter loqui
videatur, tamen restrictionem ex jure Justiniano recipit quo
cavetur, ut bona contrahentium incestas nuptias ipsorum
legitimis liberis usque ad tertium gradum relinquuntur, aut
illis deficientibus eorum parentibus usque ad gradum secun-
dum, & his etiam non extantibus fratri, sorori, patruo, amitæ
tribuantur, his autem omnibus deficientibus fisco inferantur,
Novell. 12. c. 1. & 2. ubi Cujac. Quæ jura cum nominatim & spe-
cialiter non corrigantur per novam legem Friderici, adhuc
ea sequi & servare jubemur, per l. præcipimus 32. in fin. C. de ap-
pellat. Vult. d. loc. Rosenth. concl. 59. Boc. c. 3. n. 56. (o) d. c. 1. ibid. in-
terpretes omnes c. un. §. si quis aliquem & ibi Feudista de pac. ten.

M

N

O

C

huc

huc quoque pertinet tot. tit. de bon. dam Rosenth. concl. 59. Vult. d.
cap. 5. num. 7. Arnis. de jur. majest. c. 6. n. 15. Si nimis non ex-
tent liberi & parentes usque ad tertium gradum, hi nempe
fiscum excludunt, per Novell. 134. c. fin. His vero deficentibus
fiscus admittitur, Sunt quidam qui etiam admittunt collate-
rales usque ad tertium gradum secuti Irnerium in auth. bona
damn. C. de bon. dam. Huic tamen opinioni quamvis communi
repugnat text. in Novell. 134. c. fin. qui collateralium planè nul-
lam mentionem facit, sed descendantibus & ascendentibus
non extantibus fiscum admittit, Boc. c. 3. n. 72. de Regal. Matth.
Steph. de jurisd. lib. p. 2. c. 7. m. 1. n. 156. Sixtin. de regal lib. 2. c. 12.
num. 25. & seqq. Fach. lib. 1. controver. 31. Nec assertio Irnerii
credendum contra manifestum Novellæ textum, erit, præser-
tim cum etiam Dd. conquerantur eum in describendis Novel-
lis & Codici inserendis sæpè errasse, Accurs. ad auth. cessante, &
auth. defunct. C. ad SC. Tertull. Hunn. de authoritat. jur. Feuda-
tamen in confiscationem bonorum non veniunt, sed pro qua-
litate eorum ad agnatos vel dominum revertuntur, cum ad
extraneum heredem non transeant, Steph. d. loc. n. 160. Gail. de
P. P. c. 14. n. 1. & 3. Hincque in Constit. Imper. de Pac. Publ. Anno
1548. sub rubrica, Die Peen der Landfriedbrecher/S. 2. & Ordin.
Cam. tit. 9. §. 2. part. 2. decisum reperitur, aliquo ad poenam-
banni condemnato & bonis publicatis feuda fisco non appli-
cari, sed ad dominum reverti & fructus Feudales actori da-
mnum passo concedi. Gail. d. loc. n. 6.

VII.

Angariarum, Parangariarum, Plaustro-
rum & navium præstationes, (a) & extraordi-
naria collatio ad regalis numinis expeditionem.,
(b) potestas constituendorum magistratum ad
justitiam exercendam, (c) argentariæ, (d) &
palatia in civitatibus consuetis, (e) pisationum
reditus, (f) & salinarum, (g) & bona commit-
tentium crimen Majestatis, & dimidium the-
sauri

sauri in loco Cæsar is inventi non data opera, vel
locum religioso.

(a) Regalia quæ hactenus enumerata sunt, ordinariæ
collationis rationem obtinent, subjicit jam Fridericus Impera-
tor extraordinarias collationes, in d.c.i. quæ sint. regal. nempè
angariarum & parangariarum, ut & plaustrorum naviumque
præstationes quæ alijs appellatione angariarum comprehen-
duntur, l.fin. versus quotiens sanè C.de fabricens. lib. ii. l. pen. §. fin. ff.
de veteran. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 13. Borch. add. d.c.i. n. 84. Vult. c. 5.
n. 7. Besold. disp. Polit. 3. Class. i. th. 47. Communiter autem defi-
niunt præstationes jumentorum, plaustrorum & navium, quæ
exiguntur in transvectione armorum, vel in alia qualibet pu-
blica necessitate, l. 2. C.de quib. muner. vel præstat. nemini liceat
se excusar. plur. ll. alleg. vid. apud Vult. & Borch. d. loc. Distant
angariæ, & parangariæ in eo, quod angaria sit quâ cursus pu-
blicus dispositus est, patangaria verò cum præstationes illæ
aliò versum exiguntur, Cujac. ad l.fin. C. de fabricens. Borch. al-
leg. soc. Plenior harum rerum cognitio peti potest à Sixtin. 2. de
regal. 14. (b) d.c.i. ubi interpretes omnes. Borch. d.c.i. n. 85. Vult. d.
c. n. 7. Rosenth. d.c. 5 con 73. Die ReichsStaaten zu einer RömerZu-
ge / & significat Comitatum qui Regi Romano Romam pro
consequenda imperii corona eunti præstandus, Schneidw. de
Feud. part. 5. num. 114. hanc scilicet ad regal. numinis expeditio-
nem extraordinariam collationem, cuius hodiè rarer usus,
quamvis duntaxat Frider. Imperator. in d.c. regalibus adjungat,
tamen omnis extraordinaria collatio, seu super indictum re-
galibus annumeratur, quod ad tempus ex improviso & præter
morem ob reipub. necessitatem indicitur incertam habens in-
re & tempore præstationem, quæ nostro seculo collecta nun-
cupatur, Gail. 2. obs. 52. n. 9. Boc. c. 3. n. 210. de regal. fisc. Borch. d.c.i.
num. 85. Besold. disp. pol. 3. class. i. th. 46. quam impositam colla-
tionem Principes aliqui imperii Status à subditis suis exigere
possunt. Recess Imper. August. de anno 1548. ibi, Dass derowegen
eine jede Oberkeit Macht haben solle seine Unterthanen Geistlich
oder Weltlich/ sie seynd exempt/ oder nicht exempt/ gefreyet/ oder
nicht gefreyet/ doch höher vnd weiter nicht/ denn so ferne einer ieden

A

B

E 2

Oberkeit

Oberkeit gebührende Anlage sich erstrecket. Indictam autem sibi collationem ex propria sua Camera & ærario præstare debent, & non à subditis exigere, in hoc nimirum casu, quando ipsis Statibus est indicta collatio & singulariter etiam eorum subditis singulis superindictum impositum est, *Recess. Imper. Spiræ de Anno 1542.* §. Es sollen alle Churfürsten/ibi ihrer Unterthanen hierin ganz unbeschwert/in Betrachtung / daß dieselbe / sie seynd Geistlich oder Weltlich/ohne das durchaus alle für sich selbst / wie hie von gemeldet/ihre Anlage geben müssen/ *Boc. c.3. num. 114. d. loc.* & quando collectæ imponuntur ad solam necessitatem, publicamque utilitatem respiciendum, *Fürstliche Eischreden/ part. i. c. 78.* Actum demum ad collationem extraordinariam deveniendum, si calculus ordinatorum Principis redditum non sufficit, *Glock. tract. de contribut. concl. 27.* In primis enim Princeps proprium debet excutere marsupium & tributa sua, aliosque redditus expendere, priusquam à subditis quid exigit, *Wesenb. conf. 45. num. 16. & seq.* Perinde sicut Episcopus charitativum subsidium erigere non potest, nisi in defectum suorum reddituum, *Menoch. de arbitr. judic. quest. conf. 178. n. 13. & 14.* Sub nomine hujus regalis veniunt etiam collectæ, *Desß heiligen Reichs Anlagen/* quæ contra crudelissimum Christiani nominis hostem Turcam indicuntur, & præstantur non tantum ex bonis mobilibus & immobilibus, Feudalibus ac allodialibus, *Recess. Imper. Spiræ de Anno 1544.* §. Und nemlich sollen ibi von allen ihren beweglichen vnd unbeweglichen Haab vnd Gütern / sie seyn Lehn oder eigen/sed & capitibus sive personis ipsis non dominorum saltem conjugumque eorum & liberorum, verūm etiam ministrorum, Knecht vnd Mägden / quandoque imponuntur, *Recess. Imper. August. 1400.* §. Nemlich das allen, *Coloniæ Anno 1512.* §. Und damit der Arme / Præterea nec Laici tantum, sed quoque clerici, Ecclesiæ, monasteria, sive Feuda ab Imperio habeant, sive non, aliquique omnes omnino Status quantumcunque aliâs privilegiati sint huic muneri subjugantur, *Recess. Imper. Spiræ 1542.* §. Und nemlich sollen/ §. Und zu diesem Christlichen milden Werck/ §. Es sollen auch alle Churfürsten/ *Anno 1544.* §. Und nemlich sollen alle/ *Anno 1576.* §. Und nach dem diese/ *1582.* §. Und demnach sollen die Unterthanen/ *1594.* §. Demnach

nach sollen 1598. §. Die weil dann 1603. §. Nach dem Caspar. Glock
de contribut. concl. 43. Hodiè tamen extraordinaria collatio
sive superindicta non à solo Imperatore sed ex consensu
Statuum Imperii indicitur, ut ex variis Recess. Imper. apparet,
Velut Recess. Wormalt. Anno 1495. p. 29. & seq. August. 1500. p. 43.
Colon. 1512. p. 84. §. Und damit die Mässigung Auguste Anno 1518.
pag. 104. Noribergæ 1522. pag. 151. Spiræ 1526. §. item, Als auf dem
Reichstage & sequentibus Spiræ 1529. §. Zum andern August.
Anno 1548. p. 331. (c) d.c. i. ibid, interpretes omnes Menoch. de
Præsumpt. 97. num. 30. lib. 3. facit l. un. ff. ad L. Jul. de ambit. §. ju-
dices de pac. juram. firmand. 2. feud. 32. Etsi autem hæc potestas
olim penes populum Rom. fuit, l. 2. §. quo ad magistratum. cum
seqq. ff. de orig. jur. tamen potestate in Principem à populo Ro-
mano translata, §. sed & quod prin. plac. Instit. de jur. N. G & Civ.
l. 1. ff. de Constit. Princ. etiam hoc Regale in Principem transla-
tum esse dicendum erit, Confer. l. un. ff. ad L. Jul. de ambit.
Borch. ad d.c. i. n. 86. Rosenth. c. 5. concl. 87. n. 86. plura de hoc rega-
li qui cupit, hunc supra ad th. 6. remissum volumus. (d) Hoc vo-
cabulum à Dd. variè explicatur, nos votis receptionibus com-
probata sententiam arripimus, accipendum scilicet esse de
decimis vel alia portione ex metalli fodiinis pendenda ex ll.
authoritate fisco debita, l. cuncti C. de metalar. & metal. lib. 11.
Peregr. de jur. Fisc. tit. 2. n. 11. Borch. d.c. n. 87. Vult. d.c. 5. n. 7. Rosent.
d.c. 5. con. 88. ibi sub litt. G. plur. alleg. (e) d.c. 1. Sunt autem Pala-
tia ædes in usum Imperatoris comparatae & ab omni privato-
rum usu & communi habitatione exceptæ, per l. n. lli. judic. 14.
C. de offic. rect. provin. l. un. C. de palat. & domibus dominicis lib. 11.
Cujusmodi palatia etiam hodiè habentur in quibusdam civi-
tatibus Imper. puta Goslarie, Noribergæ, & de cuius Palatio
Cæsareo meminit, Aur. Bull. tit. Von den Emperern der Thur-
fürsten in Hochzeitlichen Höfen eines Kaisers. §. Wir finden auch/
item in princ. Bull. Boc. de Regal. c. 2. n. 162. (f) Imperator Frider.
non ipsum jus piscandi quod omnibus jur. Gent. commune
est, tūm in mari tūm in fluminibus, l. 2. l. 3. ff. de acquir. rer. dom.
§. flumina autem Instit. de rer. div. l. injuriarum. 13. ff. de injur. l. 2.
§. si quis in mari ff. ne quid. in loc. pub. Sed punctionum redditus &
vectigal quod ex punctione solvit, inter regalia in d.c. refert.

C 3

Vult.

C

D

E

F

Vult.c.5.n.7.Hottora.ad c.un.que sint regal. Sixtin. de Regal.20.
Boc.c.3.n.141.Num jus venandi inter regalia referri possit, hoc
loco haud inconcinne quætitur? quod de jure communi nega-
tur, Vult.c.5.n.7.de consuetudine verò Germaniæ venatio præ-
sertim majorum & nobiliorū ferarū regalium ferè loco habe-
tur, Rosenth.de Feud.c.5.concl.9(g)d.cap.1. videlicet vestigia*
quod ex salinis suis privati Fisco Imperiali pendunt, hocque
fiscale esse testatur, l.inter 17. ff. de V. S. &c. super quibusdam §.
præterea extr.eod.tit.Vult.d.loc.Boc.c.3.n.175.de regal. (h) d.c.1.
que sint regalia ubi interpretes passim in tot.tit. ff. & C. ad L. Jul.
Majest.Borch.d.c.un.n.88.Vult d.c.5.n.7. Committitur autem
adversus Imperatorem vel populum Romanum ejusque secu-
ritatem, l.1. §.1.l.ult.ad L. Jul. Majest. hoc est tranquillitatem,
ut rectè interpretatus est, Duaren.lib.2.annivers.disp.cap.22. Ho-
die verò translato imperio adversus supremum Principem
sive Imperatorem Rom. propriè committitur crimen majesta-
tis, non contra alios superiorem recognoscentes , d. l.1.ad L.
Jul. Majest.Borch.d.c.n.89.Rosenth.c.5.concl 69. Wesenb.in par.
ff.de L. Jul. Majest. Alia ratio ejusmodi commissi criminis est
in Electores juxta tit.24.in Aur.Bull.Quia eo loco ut Cæsar's
Consiliarii, qui ejus corporis pars sunt, considerantur, contra
quos & jus commune id punit, Clariss.Dn.Præses Discursu de
jur.pub 7.pag.75.& discurs.ad Aur.Bull.6.pag. 294. Quo tamen
casu distinguendum esse putant Dd.Utrum odio ipsius Impe-
ratoris id fiat, vel ex privato in ipsum Consiliarium odio sce-
lūs illud committatur. Wes.conf.57.n.6.Treutl.vol.2. disput. 32.th.
i.Dn.Præses Arum. disput. Pandect. 25. tb. 2. Et quidem non per-
petrari hoc crimen nisi à subdito, ait Clar.lib.5.sent.n.6.per clem.
Pastoralis de sentent. & re judic. Consultiss.Dn.Arum. discurs.jur.
publ.p.197. & seq.Gail de P.P.c.13.n.19. Quod autem de Impera-
tore dictum, id ad Reges aliosque Imperatorem, vel alium
superiorē non recognoscentes absque dubio extendi poterit,
præsertim cum in hujusmodi Regibus&aliis superiorem haud
recognoscensibus, eatenus quateuus superiorem nullum ha-
bent, eadem ratio militare enseatur, Gigas in tractat de crim.
ra ajeſt commit. quest.28.Matth.de Afflict.d.c.1.n. 44. Clar.lib.5.
sent. §.laſe majest. Myns.respond.44.n.8.Treut. vol. 2. disp.32. th. 1.

(i) in

(i) in d.c.1.Dd.ad §.thesauros Instit.de rer.div.l.1. C. de thesaur. 1
lib.10.ac Dd.in l.3. §. fin. ff. de jur.fisc. l. nunquam 31. §.l.l.15.l.si is
qui in aliena 63. ff. de acquir.rer.dom.Borch.d.c.1.n.91. Vult. d. c.
§.n.7.versic.thesaur.Rosenth.c.5.concl.92.Peregr.de jur. & privil.
fisc.tit.2.lib.4.Boc.c.3.n.176.

VII.

Dari igitur ex his rebus in feudum possunt
non tantum res seculares, allodiales, (a) privatae,
ipsius domini propriae, sed etiam Ecclesiasticae (b)
(modò in his solennitates in rerum ecclesiastica-
rum, alienationibus necessarie (c) adhibeantur,
aut res sint in feudum concedi solitae, (d) neque
bonis ecclesiae iterum incorporatae, (e) feudales,
(f) publicae, (g) alienae, (h) etiam ipsius vasalli
propriae. (i)

A

(a) c.1.de allod. Sunt autem res allodiales quæ pleno jure
nostræ sunt. §.ult.Instit.de usufr.c.1. & ibi Bald.Matth.de Affict.
de allod.c.1. §.inter filiam.2.f.26.Schrad.part.2.c.2.num.61. Vult.c.
ult.lib.1.de feud. Et feudis opponuntur, §.1. & 2.si de feud. de-
funct. controv. sit. c.un.de allod.c.1. in fin. de ea, qui sibi & hered.
suis Vult.d.loc.In dubio etiam bona non feudalia, sed allodialia
censenda sunt. c.1. §.1.si de feud.defunct.contr. oriatur : Quia
feudum est species servitutis, quæ regulariter non præsumitur,
nisi probetur, sed potius pro libertate militat præsumptio,
Gloss.in l.13. ff. de Usufr.Gail.2.obs.69.n.4. Myns.obs.25.cent.5. &
ibi allegat.author.Schrad.p.3.c.4.n.53.Rosenth.c.7.con.42.n.26.
(b) Jure & Canonico & Feudali, c. ad nostram de reb. Eccles.
alien.vel non.c.1.de his qui feud.dar.poss.c. Episc.vel Abbat.c.un.
de invest.vet. & nov.benefic.Vultei.c.5.n.13.Borch.d.c.6.num.18.
Schrad.p.4.c.2.n.1 (c) arg.c.1.in princ.Episc.vel Abbat.c.1.in
prin.de his qui feud.dar.poss.item tit.de investit. vet. & nov.ben.
c.nulli extr.5.extr.de reb.Eccl.non.alien.Roland. à Vall.conf.1.n.
82.lib.1.Schrad.p.4.c.2.n.12.Vultei d.c.5.n.14. §. verum enim vero.
(d) d.c.1.in princ. & ibi Dd. de his qui feud.dar.poss.c.2. extr. de
feud.

B

C

D

feud. Schrad. p. 4.c. 2.n. 16. Ros. c. 4.con. 21. & 24. etiam sine consensu capitali, Dd. communiter quos citant Vultei d.c. 5.n. 14. Ros. d.con. 21. & Schrad. Nisi pacto vel jurejurando aliud promissum, Rosenth. d.c. 4.con. 22. Borch. c. 6.n. 20. Vel etiam res sit communis Prælato & Ecclesiæ, tunc enim nisi consuetudo contraria permittat, c.ea noscitur extr.de his quæ sunt à prælat. sin. consen. capit, non potest Prælatus absque consensu capituli rem tales alteri in Feudum concedere. Bald. Præpos. & Jason. d.c. 1.de his qui feud.dar.poss. quos allegant Schrad. p. 4.c. 2.n. 17. Rosenth. d.c. 4.concl. 21. Nec extraneis sâltem, sed etiam consanguineis prælatus feudum ad Ecclesiam reversum concedere, potest, modò tamen hi sint ad servitja præstandâ idonei & honesti, nec Ecclesiæ oneresi, aliasvè sanguinis instigatione suspecti. c.ex parte extr.de Feud.c. relatum 12. extr.de testam. Schrader. p. 4.c. 2.n. 18. Rosenth. c. 4.con. 23. quos & novissimè secutus est Gothofr. Anton. disþ. Feud. 2.th. 3. & disþ. 3.th. 2. Regalia quoque infeudari solita, & Ecclesiæ aperta iterum in Feudum concedi posse, sine dictis solennitatibus pronunciamus, Gloss. in c. 1.de his qui feud.dar.poss. authores astipulantes vid. apud Rosenth. c. 4.con. 25. lit. A. Ut verò res Ecclesiæ, quæ in Feudum concedi non sunt solitæ in Feudum dari possint, non nisi suadente id utilitate, & necessitate Ecclesiæ, & cum adhibitione solennitatum fieri potest, Rosenth. c. 4.concl. 18.n. 2. Clem. i. juncta gloss. de rebus Eccl. non alien. Quin imò si necessitas Ecclesiæ sit adeò urgens ut nullam delationem, absque damno vel detimento Ecclesiæ pateretur, permittitur Prælato etiam absque solennitatibus legitimis alteri hanc rem in Feudum concedere, Schrad. p. 4.c. 2.n. 14. (e) Res enim semel incorporata non dicuntur amplius infeudari solita, eamque ob causam si postea rursus in Feudum detur actus iste adhibitis solennitatibus expediendus erit, Schrad. p. 4.c. 2.n. 24. Vultej. c. 5. 14. vers. accidit verò Rosenth. c. 4.con. 33. Obrecht. disþ. Feud. 5.c. 3.th. 88. Fit autem incorporatio, vel expressè, vel tacite, Schrad. d.p. 4.c. 2. Expressè fit quando Prælatus hoc expressè declaraverit, se illa bona mensæ velle applicata, vel si sciente Prælato sint in libros & regesta Ecclesiæ huic negotio destinata, relata Schrad. d. loc. Rosenth. concl. 34. Borch. c. 6.n. 29. Tacite quando Prælatus ex re aliqua

aliqua Ecclesiæ aperta fructus percepit : Circa tempus Dd. variant, dum quidam anni tantum quidam decennii, alii 30. vel 40. cursum requirunt, nos arbitrio judicis id relinquendum esse, cum Rosenth. d. con. statuimus. Hic concinne quæritur, an in Prælati arbitrio positum sit rem reversam incorporare Ecclesiæ bonis vel de novo aliis concedere, Et affirmativæ calculum adjicere placet, per c. i. d. feud. Zaf. conf. 8. num. 44. vol. 2. Vultej. d. loc. n. 14. Idem quoque notissima Germaniæ consuetudine receptum esse, testis est Borch. c. 6. n. 26. Quamvis honestius esse, ut reversa bona re infeudentur, cum eodem minime diffiteamur, d. c. 29. Vult. d. loc. Confer. Rosenth. c. 4. con. 30. novissime Gotbofr. Anton. disp. 3. th. 2. (f) Sunt autē res Feudales contrā quæ pleno jure nostræ nō sunt, sed ab alio recognoscuntur, c. i. § fin. in quib. caus. Feud. amitt. c. i. § 2. de invest. dere al. fact. Et vocatur rei Feudalis concessio speciali nomine subinfeudatio Germanicè, *Ein Ußterlehn* / quæ definito Vultejo lib. 1. c. 10. num. 79. est actus, quo Vasallus Feudum quod habet, vel totum vel aliquam ejus partem alii in Eeudum legitimè concedit, huncque actum sine domini aut quorum interest consensu fieri permisum est, per c. i. §. fin. vero. qual. olim feud. al. pot. & c. i. §. beneficium si de Feud. defunct. content. sit c. i. §. similiter de L. Corrad. c. i. §. præterea d. c. & ibi Gloss. & Dd. ex c. transmissa ubi Panorm. & alii for. compet. Authores quos allegat & sequitur Vult. vid. d. loc. Requisita ut subinfeudatio subsistat, vid. apud Borch. c. 8. n. 50. Vult. d. c. 10. n. 81. (g) Bona enim publica, quæ sunt Imperii, Imperator seu supremus Princeps alteri in Feudum concedere potest, *Præpos. in prelud. Feud. num. 23.* & 24. Schrad. p. 4. c. 1. n. 7. Valtej. c. 5. n. 15. Ita tamen ut infeudatio ista non vergat in gravem Imperii læsionem, c. intellecto ubi Bald. & Abbat. extr. de jure jurand. Quid autem de Bonis Imperii nostri Romani vacantibus & Feudis recidivis dicendum sit, Omnes non consentiunt : ego cum Clarissimo D. Præside Discurs. 4. Aur. Bull. sic statuendum ac distinguendum esse censeo. Ex primæva quidem Feudorum natura Imperatori nostro sine aliorum consensu, tam Electoratus quam Ducatus & Comitatus iterum liberè infeudare permisum esse, per cap. i. versic. callidis de prohibit. feud. al. per Frider. c. i. quemad.

D. feud.

E

G

feud.ad fil.pertin.Aar.Bull.Carol.IV.c.7. Quod jus in Electora-
tibus adhuc durat. In Ducatibus verò & reliquis Feudis rega-
libus per capitulationes Imperatorum sequentium immuta-
tum invenitur, uti testatur Rosenth.c.10.con.11.n.10. Et Schleid.
lib. i. de Statu Relig. p. 21. ubi juramento à Carol.V.præstito hoc
insertum legitur, & novissimè quoque per capitulationem Rudol-
phi II. in qua hæc legantur verba. Was auch von Lehn dem Reich
vnd vns bey Zeit unsrer Regierung eröffnet / vnd ledig heimsallen
wird/so etwas merckliches ertragen / als Fürstenthumben / Graff-
schafften/Herrschafften/Gredte / vnd dergleichen / die sollen vnd
wollen wir ferner niemandes leihen / sondern zu Unterhaltung des
Reichs unsrer vnd unsrer Nachkommen/der Könige oder Keyser be-
halten/einziehen/vnd incorporiren / bis so lange dasselbe Reich wi-
der zu Wesen vnd Auffnehmen könpt/ ic. apud Melchior Goldast.
part.2.Reichesarzung/fol.184 Ratio hæc esse potest, ne numerus
Electorum septenarius minuatur, quæ inspectio cum in cæ-
teris Feudis regalibus cesset, non mirum si jus aliud in illis per
capitulat.Imperatorum receptum sit. Buxdorff. ad Aur. Bull.
concl.87. Clariss. Dn. Arum.eod. tit.7.p.101. (h) c. de invest. de re
al fact. quo casu, re aliena in Feudum data evicta dominus va-
sallo de evictione obligatur, d.c.1.Wef.c.7.n.7.Schrad.p.3. c. 1. n.
6. Communes quoque res rectè cæteris paribus in Feudum
concedi,Dd. in § sciendum & c.1. §. cui dominus de not.fend.
Wef.c.7.n.7.Sonsbec.p.8 n.30.Rosenth.c.4.concl 10. n.3. Imò &
subinfeudari possunt,Vult.d. loc. n. 20. quæ tamen libertas ex
mente Rosenth. ad voluntatem domini merienda erit. d l. (i)
Proprietate tamen prius in dominum transferenda.Id autem
fieri debet accipiente juris sui notitiam habente,(secus enim
nihil agitur,Vult.i.f.5. n. 19. & ita res accipientis propria ab
alio recognosci,& Feudalis conditionis effici potest. Es kan
einer dem andern sein Eigenthumb außfragen / vnd zu Lehen ma-
chen/Speculat.de Feud. §. si verò. Jason.in l.2. n.171.in fin.C.de
jur.emp byteut.Gail.2.obs.158.n.1. aliij complures. Requisita ad
hanc recognitionem, quæ exiguntur,tanquam necessaria vi-
deri possunt,apud Vult. dict. loc.

Res

VIII.

Res verò mobiles in Feudum dari nequeunt,
 (a) & nec quidem sub cautione quasi usus fru-
 etus Feudum in his constitui potest, (b) Unde
 nec pecunia ex Feudo evido vel vendito redacta
 in Feudum dari poterit, in consequentiam tamen
 rerum immobilium, (c) aut ex peculiari locorum
 consuetudine mobilia rectè in Feudum dantur.
 (d)

(a) c. i. § sciendum & ibi Dd. de cogn. Feud. Rosenth. cap. 4. A
 concl. 7. ubi multos allegat lit. A. (b) Gothofr. Anton. disp. Feud. B
 3. th. 9. lit. B. Rosenth. c. 4 concl. 7. (c) Rosenth. c. 4. concl. 8. Schrad. C
 p. 3. c. 1. n. 8. (d) Schrad. p. 3. c. 1. n. 16. D



NOBILISSIMO ET PRÆSTANT
TISSIMO DOMINO RESPON
denti, amico suo.

CArmina cur poscis? mea num per carmina censes,
Ingenii dotes crescere posse tui?
Erras ECHST ET I, nam quem natura beavit
Indole tam prompta, an laudis egenus erit?
Non ita; sed, voveo, magnum Pomerania reddet,
Hec erit hac studii meta futuratui.

Doct. Dominicus Arumæus.

Qui bene Feudorum doctrinam noverit, ille
Pragmaticus verè Nobilis esse potest.
Ergo MARCE, tui studii dum pro ratione
Istud JUS pandis, Nobilitate micas.
Est multum Genere, Ingenioque excellere & Arte
Et Virtute; tibi competit iste decor.
Quare FEUDA suo tibi tempore plura benignus
Princeps mundana; at JOVA superna dabit.

Suo convictori suavissimo de properabat
Joan. Fridericus Schröter, D.D.

F I N I S.

05 A 1094

ULB Halle
003 765 326

3



Vb17 01



